Recip.
3. Jan. 45

374.

Prævenisti me, Vir Ampl.^me ac doct.^me grata quidem mihi ac universæ Ecclesiæ utilissima ~~opera~~ diligentia. Fuit enim eandem ipse, pro meo modulo, meditari destinaveram ineptissimis, et (quod in sacris sine errore et scandalo dicitur) ridiculis Datheni Psalmis. Succurristi ~~[illegible]~~ prior. et bonum, mehercle, factum. utcunque enim res inter nostros ceciderit, (nolis eorum infirmat. pertinaciæ) vindicavisti Ecclesiæ existimationem ~~apud~~ coram Testibus Veritatis. Gratias summas habeo pro munere æquè commodo, atque utili ac jucundo. Si quid Theologici ab aulico responsi patris; Ecce ut me Barlæus denuo in scenam protraxit. Multis amicis Tuæ perspiraveram. Ille Viris etiam expositum it, amicis promiscuè ~~[illegible]~~ et inimicis; ut Ædis dicitur. Ignosce pariter, illi nimium amanti; mihi, verbo dicam, nimium amenti ac distracto, quam ut Tuæ ~~[illegible]~~ sublimia tractem pro-dignitate. Si tamen affectum æstimas, jam condonasti. Vale, Vir Clarissime et me ama. Hagæ Com. ~~[illegible]~~ prid. Cal. Febr. CIƆIƆCXLV.